

Franckesche Stiftungen zu Halle

In sonderbahrer Gnade Gottes nunmehr Entdeckter Schlüssel Zur Wahren Zeit-Rechnung und gewisser Auslegung der in der Offenbahrung des heiligen ...

Putlitz, Leopold Friedrich Gans

Hamburg, 1712

VD18 1144164X

Caput I.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190174

CAPUT I.

REGULA I.

IN omni relatione historica Historicus ponere debet factum, locum & tempus, scilicet, quid actum sit, quando & ubi? Reliquæ historiæ partes nempe quis? quibus auxiliis? & quomodo & partem quid referri possunt. Causam vel cur, non opus est, ut Historicus semper referat.

REGULA II.

Revelatio apocalyptica continet quoad maximam partem relationem historicam factorum futurorum in Ecclesia N. T.

REGULA III.

Necessarium itaque est ut in relatione illa historica factorum Ecclesiæ contineatur, *quid? ubi? & quando?*

REGULA IV.

Quod ad illam historiæ partem, quæ sub particula quid continetur spectat, tantum non omnia nomina substantiva, in illis locis Apocalypseos, ubi fata Ecclesiæ prædicta sunt, metaphoricè vel figuratè explicanda sunt, nisi antecedentia & consequentia & ipsa prædicata clarissime evincant, quod illa nomina proprie sint accipienda.

RE-

REGULA V.

DE loco ubi illa prædicta fata suum complementum invenire debuerunt, hoc statuendum esse videtur, quod ille locus non universalis per totum orbem dispersa Ecclesia esse possit; sed tantum illa particularis Ecclesia, cui metaphorica explicatio septem nominum Ecclesiarum, [2] explicatio aliorum nominum propriorum à Spiritu S. usurpatorum (3) prædicta fata & eorum complementa conveniunt, & in qua Spiritus S. etiam plura & majora sapientissimi & gratiosissimi sui regiminis documenta edidit. Et cum hæc omnia Ecclesiis particularibus, quæ sub generali Ecclesia occidentali comprehensæ sunt, conveniant, nullo modo vero orientali Ecclesiæ quæ occidentali contradistinguitur. Itaque & de hac occidentali Ecclesia tantum vaticinia apocalyptica erunt explicanda. Imprimis cum hæc occidentalis Ecclesia, in quantum ad explicationem factorum in Apocalypsi prædictorum sufficere potest, ab omni tempore habuerit historicos fide dignos, quod de Ecclesia orientali per omnia secula dici non potest. Ubi vero relatio fidedigna eorum quæ evenerunt in Ecclesia deficit, ibi etiam prædictio illorum eventuum finem à Spiritu S. intentum habere nequit. Accedit quod sicut apocalypsis ad septenarium numerum in Ecclesia fere ubique respicit, ita & Ecclesia occidentalis comprehendat septem distinctas linguas nempe (1) linguam Italicam (2) Hispanicam, ad quam Portugallica referenda, (3) Gallicam

[4]

(4) Anglicam, cum qua convenire credo Scotticam & Hybernicam [5] Germanicam, (6) Polonicam, cum qua concordare dicunt Bohemicam & Hungaricam in dialecto slavonica, [7] Danicam, cum qua cognationem habent, Svecica & Norwegica. Porro continet hæc occidentalis Ecclesia septem distinctas formas Regiminis in Ecclesiis ante dictorum Regnorum; item septem distincta tempora, & denique septem magnas & insignes mutationes in Regimine Ecclesiæ, quæ omnia de orientali Ecclesia ita dici nequeunt.

REGULA VI.

DE tempore, in quo illa in Apocalypsi prædicta fata evenire debent, non ambigendum esse videtur, quod Spiritus Sanctus singulis prædictis fatis etiam certa sua tempora assignaverit, illaque simul revelaverit.

REGULA VII.


NOtatio vero temporum ita rectè à Spiritu S. facta est, ut nulla naturali scientia & sapientia absque singulari Dei gratia explicari possit.

REGULA VIII.

QUicunque autem de temporibus hujus revelationis rectè statuere vult, illi ante omnia attendendum est, ad terminum, à quo facta in Apocalypsi prædicta initium suum capere; deinde ad terminum ad quem illa fata continuari debuerunt, absque horum terminorum enim

B

scien-



scientia maxima pars explicationis vaticiniorum
Apocalypticorum erit incerta, frustranea.

REGULA IX.

INventis terminis à quo & ad quem postea
circumspiciendum erit quomodo Spiritus S.
intermedia tempora inter se distinxerit.

REGULA X.

ET sic porro Explicator Revelationis Apo-
calypticæ apud unum quodque fatum Ec-
clesiæ tempus quoque monstrare tenetur, quod
Spir. S. illi fato constituerit. Quia sicut unum
quodque fatum in certo tempore, quod suum
habet terminum à quo & ad quem evenit, ita
etiam de illo tempore constare debet, ne vatici-
nia confundantur vel male applicentur. Ubi v.
plura & inter se distincta fata sub uno temporis
periodo continentur, ibi secundum ordinem re-
lationis ut plurimum illa fata se invicem subse-
quuntur.

REGULA XI.

QVia v. voces tempora & illorum quan-
tatem indicantes, ut plurimum continent
spatium, triginta quadraginta & plurium anno-
rum, juvat scire, an prædicta fata ratione initii
debuerunt in primis annis illius temporis, an in
medio, an in fine temporis illi fato constituti
evenire.

REGULA XII.

Terminus à quo factorum in apocalyptica re-
velatione prædictorum non incipit cum i-
nitio

nitio Ecclesiæ N. T. neque etiam cum tempore
qvo revelatio Johanni facta est, sed alio certo
tempore revelationis tempus subsecuto.

REGULA XIII.

TErminus ad quem apocalypticæ revelationis
non coincidit cum fine mundi, id qvòd pa-
tet (1) ex illis ipsis rebus, quæ ultimo revelationis
tempore, accidere debent, quarum circumstan-
tiæ necessario requirunt adhuc tempora illa fata
sequentia, e. g.

(1) Ipse Johannes admonet, qvòd post ultima
prædicta fata adhuc melior Ecclesiæ status even-
turus sit. E. ultima prædicta fata non possunt
coincidere cum fine mundi.

(2) Ipsi Prophetæ qui plenissimè concordant
cum apocalypsi, etiam multis verbis prædicant
beatum ecclesiæ statum, qui post everfionem se-
dis Pontificiæ & Monachatus florebit, quæ tamen
everfio ante memorata, & subsecutura libera &
generalior Evangelii prædicatio ultimum est fa-
tum, qvòd in Apocalypsi Spiritus S. revelavit.

REGULA XIV.

TErminus à qvo omnium integrarum visio-
num propheticarum in Apocalypsi est an-
nus 184. inclusivus, ita ut anni 183. præponendi
sint omnibus visionibus illis & temporibus fato-
rum in illis visionibus revelatorum.

Probatio.

ANtequam filius Dei Dominus noster ad reve-
la-

lationum factorum pervisiones procedit, præmittit in generali quæsi Exordio omnium visionem capite. I. v. 10. unam vocem magnam, quæ centum & v. 17. unam vocem simplicem, quæ quinquaginta annos comprehendit, uti postea hæc quantitas temporis in ipsa explicatione Prophetiæ, ex illa ipsa eruetur, & addit v. 18. Eram mortuus, & ECCE vivo ego. Jam vero constat, quod vitam tertio die mortis & trigesimo tertio anno ætatis, secundum communio rem computum Dominus Jesus ipse sibi restituerit, si itaque hi triginta tres anni (quæ numeratio propter vocem ECCE fieri debet, uti postea dicitur.) prioribus centum & quinquaginta adduntur tunc exsurgit inde numerus 183, qui est terminus à quo.

Porro (2) veritas hujus regulæ patet ex C. 8. v. 1. ubi quum septimum sigillum esset apertum, facta est quies in cælo quæsi perdimidium horæ. Jam illud sigillum septimum est in ordine situs sigillorum item ratione temporis factorum sub omnibus sigillis manifestatorum sigillum primum, ratione effractionis v. vel apertionis dicitur a Spiritu S. sigillum septimum. Nam agnus in apertione sigillorum relicto sigillo in ordine situs primo; aperuit ab initio sigillum secundum & in ordine isto mansit vel continuavit apertionem, & postquam sigillum sextum & in ordine situs & temporis ultimum fregisset, tandem etiam aperuit sigillum in ordine situs & temporis primum, quoad ordinem apertionis autem septimum. Et quod

quod hoc ita fit probatur [1] quod Spiritus S. in apertione primi sigilli non dicat, quod agnus primum in ordine situs sigillum aperuerit, sed studio scripsit Unum ex sigillis, quod unum erat sigillum in ordine situs & temporis secundum, nam alias semper usus est Spiritus S. in Tubis & phialis voce *ἄλλος* vel primus, quando secundum ordinem temporis de primo loqui voluit. Probatur [2] quia fata sub sigillo sexto in omnibus conveniunt cum fatis Tubæ & phialæ septimæ, quæ Tuba septima tamen ultimos revelationis annos extra controversiam continet, ex quo sequitur, quod sigillum sextum in ordine temporis ultimum esse debeat.

Probatur [3] quia illa quies in Ecclesia, quæ saltem per dimidium horæ durare debet, non convenit cum temporibus post excidium Babylonis & sedis Papalis, quod per prophetas, & ex ipsa Apocalypsi probari potest, recte tamen convenit cum illa quiete quæ ecclesia frui cœpit anno à Christo nato 184. secundum Eusebium de qua quiete ita scribit Eusebius: Quo tempore Christiana religione ad tranquillum statum deducta & pace omnes totius orbis Ecclesias occupante magna facta est tum aliis locis tum Romanæ accurrentium ad fidem suscipiendam accessio, ac eorum præsertim qui nobilitate generis, divitiarum affluentia & animi ingenuitate præstarent. Inter quos Lucius Britannorum Rex &c. Quæ etiam quies duravit ferme usque ad annum 203. & sic per 20. fere annos, qui viginti an-

ni spatium dimidia partis horæ complent; una enim hora continet 40. annos. Notandum hic est, qvod agnus sapienter ordinem situs sigillorum in fractione eorum non observaverit, ut ita humana ratio sibi relicta terminum à qvo harum revelationum invenire non posset.

REGULA XV.

Totum curriculum temporis, circa qvod revelationes Apocalypticæ versantur continet 1680. annos, qvibus si addis terminum à qvo, nempe annos 183. habebis protermino ad qvem & pro fine annorum Revelatorum à Christo nato 1863.

Probatio.

Numerus ille 1680. colligitur [1] ex 24. senioribus qvi vocantur Reges. Regum anni vitæ vero sunt 70. ut constat ex Es. c. 23. v. 15. qvi terminus vitæ Regum in Chronologia Spiritus S. probe observandus est. Jam 70. cum 24. multiplica & habebis numerum 1680. (2) Colligitur ex numero 144. qvem numerum invenies in Apocalypsi c. 7. v. 4. c. 14. v. 1. & c. c. 21. v. 17. Jam multiplica hunc numerum cum 12. secundum insinuationem vel institutionem C. 7. v. 5. seqq. & habebis numerum 1728. ex qvo producto si quadratum facere velis secundum mensuram quadratam Ecclesiæ, habebis 1681. sed numerus unus delendus est, ut concurrant numeri sancti in unum, & sic fient 1680. ubi omnes numeri sancti nempe numerus ternarius 4t⁹ 7m⁹ & 12⁹ concurrunt. Si etiam

etiam mutare liceret ex numero 144. numerum ultimum 4. in 0. ut fierent 140. tunc per multiplicationem cum 12. producitur quocunque numerus 1680. Collige [3] ex muro & portis civitatis c. 21. v. 17. Collige [4] ex 4. animalibus; unum quodque animal habet sex alas unaquaque ala numerum 70. & sic tribuendi sunt 420. anni unicuique animali, & sic 4. animalia faciunt numerum 1680.

In numero 420. qui numerus est quarta pars de 1680. concurrunt etiam omnes numeri sancti.

Tandem (5) terminus ad quem se prodit ex candelabris. Cum n. numerus candelabri sit 120. (qui etiam erat terminus fatalis poenitentiae agenda praefinitus hominibus ante diluvianis) ita septem candelabra faciunt annos 840. & quia adoratores in templo Dei Cap. 2. v. 1. sunt duo testes v. 3. & duae olivae & duo candelabra v. 4. nempe confessores ex clero & confessores laici, id quod convenit cum prophetia Zachariae c. 4. v. 4. idcirco ille numerus septem Candelabrorum duplicandus est, & sic fiunt 14. candelabra quae faciunt numerum 1680. qui numerus terminum ad quem monstrat.

REGULA XVI.

Illa tempora, quae inter terminum à quo Apocalypctica Revelationis, & ejus terminum ad quem interjacent, Spiritus S. notavit, (1) per res certum aliquem numerum in aliquo S. Scripturae loco habentes, qui numerus tunc observari debet, quando in hac revelatione Spiritus S. praemisit vocem: *ECCE*, quae vox judicat, quod sequentis

Nominativi numerus in V. T. notatus & hic notari debeat, in computatione temporis. Nam numerus rei certæ in V. T. a Spiritu S. appositus ut plurimum pro fine primario habere mihi videtur Prophetiam & ejus explicationem. (2) Per certa temporis nomina, quorum quantitas ex computatione Spiritus S. in Apocalypsi recte insinuada est eruenda. (3) Per voces quæ à certa persona vel è certo loco emissæ sunt, & quarum simplices quingvagina annos; magnæ vero annos centum continent, uti postea patebit. Rationem hujus Regulæ hic dare propter dicendorum multitudinem non vacat, coram si placet cum Deo satis faciam quærenti.

REGULA XVII.

Numerus ternarius est Numerus Dei & Christi.


REGULA XVIII.

Numerus quaternarius est numerus ecclesiæ c. 21. v. 16. 17. in quo loco firmatur quadrangularis mensura, & ex computo numeri 12. ibi insinuato provenit numerus ubique quaternarius.

REGULA XIX.

Septimus Numerus est quoque perfectus & sanctus, quia in eo fit unio ternarii qui est Dei & Christi, cum numero quaternario qui est numerus Ecclesiæ.

RE-



REGULA XX.


Numerus 12. quoque sanctus est, quia continet numerum Ecclesiae per numerum Dei multiplicatum.

Hæc de tempore hoc loco dixisse in hac prophetica materia sufficere possunt, ubi non datur demonstratio apodictica sed probabilis & suffulta assensu Spiritus S. & cum fata prædicta cum temporis ita computati cursu in omnibus convenient, ideo eo minus de rectitudine illius computationis dubitari debet. Interim omnia quæ in regulis adhuc obscura sunt, in sequenti Expositione, ut spero fient clariora.

Tandem adhuc subjungam Explicationem prophetica vocum quæ tempus quoddam designant, ubi aliam rationem computationis vix dare possum, quam illam, quæ in numeris sanctis inprimis quaternario Ecclesiae numero fundata est, pariter & in convenientia vaticiniorum, quorum complementum sub illo temporis spatio accidisse manifestum est.

Voces temporis sequentem quantitatem habere credo:

[1] Dimidium horæ notat annos	20.
[2] Hora	40.
[3] Dies vel absque l. cum numero infra quatuor supra quatuor quæque dies annum designat.	40.
B 5	[4]



(4) Mensis absque numero.	120.
cum numero	30.
(5) Annus	120.
(6) χρόνος cum apposita voce μικρός	
tanquam 4ta pars totius.	60.
(7) Καίρος.	80.
(8) χρόνος quoad totum.	240.

Quorum septem absolvunt totum tempus factorum in hoc libro revelatorum. In colloquio dubitanti explicabo fundamenta hujus computationis ulteriora.



CA-